



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Sed, quid si dubitas, an alter sit pejeraturus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

sed is, cuius dicere debet, censetur juramentum exigere. Ita S. Thom. *suprà*.

Dices. Licet interdum exigere juramentum ab eo, qui prævidetur juraturus per falsos Deos, ut docet S. August. in c. *Movet. 22 q. 1.* ergo à pari, &c.

Resp. Disparitas est, quod juramentum quamvis per falsos Deos valeat ex parte jurantis ad faciendam fidem, & firmandum pactum; ac proinde potest esse medium utile ad avertendum grave damnum petentis. Licet autem ex gravi necessitate ab aliquo petere id, quod potest licitè præstare, etsi prævideatur peccaturus. At perjurium cognitum non potest prodesse privato, ideòque non est justa causa illud non impediendi.

Sed quid, si dubites, an alter sit peccaturus?

Resp. Tunc potes exigere juramentum in re gravi: quia in dubio nemo præsumitur malus, aut peccaturus; & hoc potest esse utile ad recuperandum id, quod tibi debetur, nec aliter potes illud recuperare.

Q. II. Quid dicendum de consuetudine jurandi?

Resp. Quisque tenetur sub mortali consuetudinem jurandi sine necessitate vitare,
&